

mus. Χωρὶς ἔργων νόμος fieri iustificationem, in solis disco scri-
ptus Apostolicus Aphorismus est, Rom. III, 28. Atque χωρὶς
illud ἔργων, ceu menti quoque Dauidicae consonum, repetitur
Rom. IV, 6. Hoc scilicet, adhibita hac uocula, fit frequentius,
ut praesentia quoque illius, quod sic excluditur, prorsus remo-
ueatur. Χωρὶς νόμος sic reuelatur iustificatio, sine edicto, quod
praescribat homini officia, si saluus fieri uelit, utpote quae pla-
ne absunt, licet et διὰ νόμος, per doctrinam Mosis et Prophetarum
Euangelicam, Rom. III, 21. Χωρὶς νόμος uiuebat Paulus; renatus
licet, sub peccati originalis tamen irritamentis miser, ut abesse, quae
rectiora docerent, crederet, quod uero, τῆς ἐντολῆς ἐλθέσης, expe-
riebatur aliter, Rom. X, 14. Χωρὶς κηρύασσοντος esse, absentiam praec-
dicantium utique infert, Rom. X, 14. Χωρὶς Χριστὸς esse, absentiam
eius loquitur in abundantibus, Eph. II, 12. Χωρὶς ἀμαρ-
τias perinde sic Christus est, ut omnia ab eo peccata absint, Ebr.
IV, 15. quod et in terminis loca loquuntur alia, Matth. XIII, 34.
XV, 38. Luc. VI, 49. Ioh. XV, 5. XX, 7. Ebr. VII, 7. IX, 7. 22. 28.
X, 28. XI, 6. XII, 8. Iac. II, 26. Atque simillimo quoque modo,
Χωρὶς suo δὲ LXX. utuntur, u. g. Χωρὶς γυναικῶν, Gen. XLVI, 26.
Χωρὶς τῆς γῆς, c. XLVII, 22. Χωρὶς ὁλοκαυτώματος τῷ πρῶτῳ,
Leu. IX, 17. Χωρὶς ὅντὸν ἐνεργητῶν, Num. VI, 21. Χωρὶς τῶν τεθνη-
τῶν, c. XVI, 49. Χωρὶς δύλων αὐτῶν, Esr. II, 65. Conf. CONR.
KIRCHERI Concord. V. T. P. I. u. בְּמַלְכֵי p. 601. H. STEPHANI
Concord. Gr. N. T. u. Χωρὶς, p. 995. Imo et ipsum Χωρισμὸν
non minus exprimunt eadem mente ueteres, siue morbum mu-
lierum, quo illae ab aliis mire separabantur, (Χωρισμὸν ακα-
θαρτικὸν γυναικῶν) Leu. XIII, 19. (Zach. XIII, 1.) siue exclusionem
et ejectionem ex loco pristino (Χωρισμὸν ποιεῖν) describere ue-
llint, 3. Maccab. III, 3. Quare et EDWARD LEIGH uim Chri-
sti sermonis, Ioh. XV, 5. expressurus, obseruat: *Notanda est em-
phasis particulae Χωρὶς, nec a Syro, nec a Lat. Vulg. uers. In-
terprete expressae; Nam Χωρὶς hic non est simpliciter SINE,
sed maius aliquod, quasi dicat Christus SEORSVM A ME, in
Critic. S. N. T. p. 561.* Nec profani abludunt Auctores, quibus,